

proxima est. Auctor nimurum naturae Deus, ubi animam cum corpore consociavit, arctissimum simul inter utrumque commercium constituit, ita ut anima in actionibus, quam diu ex uno difraverit, a corpori pendeat. Hinc inter requisita potentiae proximae, ac compleatas ad agendum animae sic unitae locum habet recta corporis, organorum, ac praecipue sensorii communis constitutio: quare pro perfectione, ac imperfectione corporis, anima quoque perfectius, aut imperfectius agit. At vero, cum id nulla ratione ex animae essentia, et natura proveniat; ea quoad vim sibi internam, ac potentiam agendi remotam, quas sublato hoc commercio prorsus invariata manet, quoniamocunque corpus constitutio sit. Iten respondendum iis est, qui animam crescere in pteris, debilitari, et languescere in senibus. Vitia haec sunt corporis, non animae: cum in pueris organa continue perficiantur, anima quoque plures et perfectiores ideas conformat unde crescere videatur; contra in sensibus organa longiori denuo usu corrumpuntur, cerebri que fibrillae humore necessario avolante durae nimis, ac infexiles evadent, unde memoriam, aliarumque facultatum operationes labefactari necesse est. Intelligi haec planius ex iis possunt, quae de facultate sentiendi, ac imaginandi dicta sunt, et infra dicti commercio, ac idearum origine dicentes. Intera istud generale principium in trionum animos alii demitti velim. Dependentia animae a corpore in eo solum consistit, quod ope corporis objecta externa animae praesedit reddi debent, quod enim absens est, ab ipsa cognosci nequit, neque aliud datum modus quo id per statu unionis perficiatur. Quamprimum vero anima a corpore avolaverit, poterunt ipsi objecta sensibilia vel per se, vel alio modo praesentia reddi, ipsaque similiter poterit circa illa objecta immediate praesentia eodem modo cognoscenda versari, quo nunc versatur circa cerebri motiones sibi proxime presentes, quarum ope objecta exteriora percipit. Ex his porro facile colligitur, hanc animam a corpore dependentiam non efficer, ut ipsa ab illo separato cogitare nequeat, multo autem minus, ut sit ejusdem cum corpore natura,

## C A P U T . IV.

*De celebri in Philosophia Quaestione: Utrum Materia possit cogitare?*

MATERIA JAM EXISTENTI VIS COGITANDI CONFERRI NEQUIT.

CXLVIII. *Deus nec per absolutam suam potentiam potest conferre substantiae materiali jam existenti vim cogitandi. Cum enim substantia materialis illa dicatur, quae vi cogitandi caret (§. 144. schol.), ad essentiam substantiae materialis jam existentis pertinent carentia vis cogitandi; ergo adjecta vi cogitandi tollit esse tia substantiae materialis jam existentis; sed Deus nequit ulla potentia conferre substantiae existenti; quod illius essentiam tollit; ergo*

Deus nec per absolutam suam potentiam substantiae materialis jam existentis vim cogitandi conferre potest. Deinde vis haec cogitandi collata substantiae materiali jam existenti fore ipsi deinceps vel essentialis, vel accidentalis; non primum, essentilis enim, cum immutabilis sint (ont. §. 116. cor. 2.), nihil addi potest; non alterum: ideas enim, quam de vi habemus, repugnat, ut ipsa velut accidentis physicalis inhaereat substantiae tam Juan subjeto, a quo separari queat: substantia quippe est, quae agit, quae cogitat (conf. ont. §. 113.).

*Coroll.* Mutatis mutandis facile demonstratur, nec posse Deum spiritui jam existenti essentiam materiae conferre.

*Schol.* 1. Ratiocinium istud rursus planum est, et cum ideis, ex quibus philosophari oportet, egregie consentit; neque enim in iis rebus, de quibus nemo dubitat, alter ratiocinari solemus. Quid queso respondebis, si ego ex te querar, an Deus aquae proprietates vini, aut argento proprietates auri conferri possit? nonne continuo repones; nequaquam; et querenti, cur non; aies: collationis proprietatum vini essentiam aquae, et collationis proprietatum auri essentiam argenti destructum iri; quia nempe essentia aquae ex parte saltem per parentem proprietatum vini, et essentia argenti eadem ratione per parentem proprietatum auri constitutur. At unde hoc nosti? nonne quia hoc fluidum, aut hoc metallum, quod has solum proprietates habet, vocamus aquam, vel argentum; et hoc fluidum, aut hoc metallum, quod illas solum proprietates habet, vocamus vinum, aut aurum. En quomodo tandem in definitione nominali sistas.

QUOTUPLEX HAC QUÆSTIO?

*Schol.* 2. Alio præterea hoc loco quaestio moveri potest: utrum nemppe Deus substantiam, quae simili proprietatis spiritus, et materiae praedita sit, creare possit? Has in re adverte: 1.) de vis solidam cogitandi, quae spiritus; et de inertia, quae materiae certa proprietas est, istud quæri prudenter posse. 2.) Inertia, quam ego in sola impotenti inchoando, aut abrumpendo motum absque determinatione externa constituti (cosm. 53. coroll. 2. sch.), passim a physice pro distincta, et positiva proprietate, quia corpus, vel materia positive nititur conservare statum motus, vel quietis, suaque motioni resistat, haberit: quapropter etiam illam sonantiori vocabulo *vis inertiae* compellant. In utraque haec sententia, ut omni parti satiascat, quaestio præcessens definiri debet: quæriter itaque 1.) Utrum Deus creare possit substantiam, quae simili vi cogitandi, et vi inertiae gaudeat. 2.) Utrum Deus creare possit substantiam, quae quidem cogitare possit, non tamen absque externa determinatione motum inchoare; sive quae vi cogitandi simili, et inertiae polleat? quid de utraque sentiendum sit, sequentia docebunt.

INCERTUM EST AN VIS INERTIAE ABSOLUTAE PUGNET CUIUS VI COGITANDI.

CXLIX. *Incertum est, an vis inertiae absolute repugnet vi Storchenau Metopk. Lib. III.*

*cogitandi ita, ut in eadem substantia simul consistere nequeant.* Vis inertiae est in hac physicorum hypothesi, conatus positivus ad conservandum statum externum, motus nempe, vel quietis, et substantia per hanc vim solus resistit suam motionem locali, vis cogitandi vero est conatus ad mutantum statum internum, cum cogitationes ad statum internum pertineant; sed incertum est, utrum conatus conservandi statum externum cum conatu mutantum statum incertum ita pugnet, ut in eadem substantia simul consistere nequeant: igitur incertum quoque est viu inertiae ita pugnare cum vi cogitandi, ut in eadem substantia simul consistere non possint.

*Schol.* Profecto quaecumque ab Eulero, aliquique adhuc allata sunt, repugnantia nondum demonstrarunt: talis enim inertiae vis erudit quidem evidenter determinationem propriam ad motum localem, non vero evidenter repugnat determinationi propriae ad cogitandum. Nec quicquam propongo, cum dicunt, per vim inertiae corpus resistere omni sua mutationi; nam, cum corpus sit ens compositum, nulla in eo mutatio possibilis est nisi per motum (ont. §. 216.); entis vero cogitantis mutationes non solum in motu, verum etiam in cogitatione consistent.

INDE INCERTUM EST, AN ENS UTRAQUE VI PRAEDITUM EXISTERE POSSIT.

*CL.* *Incertum est, an Deus possit creare substantiam, quae simul vi cogitandi, et vi inertiae instructa sit.* Incertum est, utrum vis inertiae ita repugnat vi cogitandi, ut in eadem simul substantia consistere nequeant (§. praece.); ergo etiam incertum est, utrum Deus possit creare substantiam, quae simul inertiae, et vi cogitandi instructeda sit.

*Schol.* Animam nostram non habere hanc vim inertiae, nec proinde hujus generis substantiam esse ex superioribus (§. 146.) patet. Verum quae erit ejusmodi substantia? respondeo: activa quod cogitationes; iners quod motus localem; et quae in hoc contra-dictio? Sed uberior responsum decipe.

AT SI EXISTERET, NEC SPIRITUS FORET, NEC MATERIA.

*CLII.* *Si Deus substantiam vi cogitandi, ac vi inertiae simul instructam crearet, ea substantia nec spiritus foret, nec materia.* Substantia hujus generis non habereat essentiam spiritus, ad quam nunc referimus carentiam vis inertiae: neque haberet essentiam materiae, ad quam incapacitas cogitandi pertinet: igitur neque spiritus foret, neque materia, sed ab utroque interno, ac essentiali discrimine differeret.

*Schol.* Ut nimirum, si Deus fluidum quodpiam crearet, quod proprietates simili vini, et aquae in complectetur, quod an fieri possit, pariter incertum est, fluidum illud nec vinum foret, nec aqua, sed aliud quoddam ab utroque essentiali discrimine diversum. Ita quoque, si essentia quaternaria, quae in quatuor unitatibus simul sumitis; et essentia senaria, quae in sex unitatibus collectis constituit, componantur, oritur denarius, qui numerus a duobus praecedentibus essentialiter differt. At quærunt, quid igitur forei id ge-

mus substantia? Ea sic habens aliquod totu genere diversum tam a spiritu, quam a materia, quod adhuc incognitum sit, proprio vocabulo designari nequit. Quemadmodum illud fluidum quod ab aqua, et vino diversum foret, utriusque tamen gauderet proprietatis, nullo vocabulo exprimere possemus; vocabula quippe solidum inventa sunt ad res nobis notas significandas. Qui vero aductor concluderet impossibile esse eas a spiritu, et materia essentialiter diversum propterea, quod nullam eis ideam formare possit; nes est similis foret caecu ab incunabulis, qui colorum possibiliter negaret, quod eorum in se ideas excitare nequeret. Transseamus ad alteram propositae quaestiones partem.

INCERTUM EST AN INERTIA ABSOLUTA PUGNET CUM VI COGITANDI.

*CLIII.* *Stimiliter incertum est, an inertia ita pugnet cum vi cogitandi, ut in eadem substantia simul consistere nequeant.* Quod in hac hypothesi aliud non est, quam impotentia inchoandi, et abrempendi motum sine determinatione extrinsecus; sed hanc impotentiam cum vi cogitandi in eadem substantia stare non posse certo affirmari nequit; nescimus enim, an non etiam vi ensis cogitantis in efficiendo motu per quasdam generales naturae leges ad certas determinations extrinsecas addstringi possit, quemadmodum ab ejusmodi determinationibus pendet vis motrix entium non cogitantium, sive elementorum (cosm. §. 33. sch.); contradictio certe hac in re perspicua non est. Quod si autem ita foret, tum etiam substantia cogitans motum de se inchoaret, et abrumperet, nisi posita determinatio extrinseca, non posset: habereisque se illa substantia ea fere ratione in efficiendo motu, quo se nunc anima nostra habet in elicienda appetitione posita jam representatione boni: igitur incertum est, an inertia ita pugnat cum vi cogitandi; ut simul in eadem substantia consistere nequeant.

INDE INCERTUM EST, AN ENS VI COGITANDI, ET INERTIA PRAEDITUM EXISTERE POSSIT.

*CLIV.* *Incertum est, an Deus possit creare substantiam, quae simul vi cogitandi, et inertia instructa sit.* Incertum est, utrum inertia ita pugnat cum vi cogitandi, ut simul in eadem substantia consistere nequeant (§. praece.): igitur etiam incertum est, utrum Deus possit id genus substantiam procreare.

AT SI EXISTERET, NEC SPIRITUS FORET, NEC MATERIA.

*Schol.* Animam nostram hoc substantiarum genere minime comprehendendi propria cuivis conscientia testatur (conf. §. 150. sch.). Inde vero rursus consequitur, tale ens, si reapse existeret, nec spiritus fore, nec materia, sed aliud quoddam ens ab utroque toto genere diversum, quod similis rationis conclusio, qua (§. 151.) demonstratur.

ANIMA NULLO SENSI MATERIA NESE POTEST.

*CLV.* *Animam humana nec per absolutam Dei potentiam ullo*

sensu potest esse materia. Cum enim anima sit spiritus (§. 147.), si ea aliquo sensu possit esse materia, deberet Deus vel materias jam existenti vim cogitandi, vel spiritui existenti essentiam materias conferre; vel substantiam vi cogitandi, ac vi inertiae, vel substantiam vi cogitandi cum impotencia simplici inchoandi, et abrumpendi motum instructam procreare; at prima duo absolute repugnant (§. 248. coroll.); reliqua duo si fierent, ens illud nec materia foret, nec spiritus (§§. 151. 153. sch.), consequenter nec anima; igitur anima humana nec per absolutam Dei potentiam ullo sensu materia esse potest.

*Schol.* 1. Nunc tandem, opinor, cum radicibus suis evulsa est determinabilis materialismi hypothesis, nec jam video, quid praeter inanis clamores pestiferi hujus erroris fautoribus relictum sit. Inanes certe sunt illius clamores, qui ita inscit pronunciavit (*Lettre philosoph.*): *Quis ille est, qui sine temeraria impotestate affirmare audeat, impossibile esse, ut Creator supremus materias cogitationem, et sensum tribuat? Vide, quaeaso, in quoniam labyrinthum te conjicias, cum hac ratione infinitam Creatoris potentiam limitibus constringas. Inanis, inquam, iste est clamor, nam nihil infinitas Dei potentiae detrahit, qui contradictionia ab ipsa effici posse negat.*

*Schol.* 2. Restat jam, ut ad scopum hujus capituli praecepimus accedamus, ostendamus modum, quo celeberrima illa in philosophia quaestio (*Essai phil. con. l'ent. hum. l. 4. ch. 3. §. 6.*) utrum materia, sicut divinitus, cogitare posset; et breviter, et solide resolvatur. Torsit haec quaestio nullo non tempore summos philosophos, eosque in variis partes distracti. Ut alios tecum Lockium vehementer dubitati, putatique affirmare nihil dici posse, propterea quod materiae proprietates perspectas non habemus, proindeque scire non possumus, an non inter occultas materias proprietates vel actus sit, vel saltem divinitus esse possit cogitatio. vis. Lockium secutus est Buddeus (*Phil. thec. p. 1. c. i. §. 28.*); Voltairius (*Met. p. 1. c. 6.*) autem, qui quidem inter philosophos locum vix meretur, summis extulit laudibus, antiquos ait philosophos puerilibus sophismatisibus delusos simplicitatem animae trahisse; solum Lockium adeo felicem fuisse, ut ad omnipotentiam Creatoris configureret; quare monet, ut qui hac de re dubitat, videat, ne dubitando impietatis se rem faciat. Idee nostrae, subdit, quas de corporibus habemus, imperfectas, ac inadequatas sunt, quomodo igitur absolutum judicium ferri queat, corpus non posse cogitare: qui sic judicat, de re ignota pronuntiat, quod fermentum non est. Verum si vel primas logicas regulas calluissest philosophaster ille, non ignorasset utique, iideas etiam inadiquatas, cum evidentes sunt, fallere non posse. Sed nol cum hoc hinc traxit, ad rem ipsam aggrediamur. Mihil tota ea difficultas ex perversa materiae notione, qua veterum philosophorum plurimi imbutierant, aut ex nequovoca termini significazione ortum da-

xisse videtur. Staterunt nimic Aristotelici longe, latius dominans materiam quamdam ex partibus compositam perfecte continentam; atque in infinitum dividiam, quos imitati sunt recentiores Cartesiani, aliquae plurimi; et hodie quoque, quorum intelligentiae vis coe non porrigit, ut idem entis materialis simplicis, ac inextensi conformet. Cum his etiam Lockius consentit; et opus laudatum evolventi perspicuum est, nominatum cum dubitationem istam proponit, de massa quadam materiae sermonem habet. Atque inde in definienda gravissima hac quaestione primo loco constitendum esse arbitror, quid materiae nomine intelligitur, ensme compositum, an simplex? Quare sic ajo.

CLV. *Materia nec divinitus cogitare potest.* Vel materia, de qua queritur, est ens compositum, vel ens simplex; si primum: nec divinitus cogitare potest; absolute enim repugnat, ut ens compositum cogitet (§. 142.). Si secundum: rursus idem sequitur, nam vel ponis enti simplici materiali jah existenti conferri a Deo posse vim cogitandi, vel procreari posse a Deo substantiam simul vi cogitandi, et essentia materiae, id est, vi inertiae, ac inertia instructam; illud absolute repugnat (§. 143.); istud autem si fieret, substantia illa loquaciter genera a materia differret (§§. 151. 153. sch.); manifestum igitur est, materiam nec divinitus cogitare posse.

*Schol.* Imprudens igitur, quin et absurdum est Lokii, ac Buddeli dubitatio; cum enim ipsi materiam continue compositam statuant, jam certum est inter proprietates hujus materiarum quantumcumque occultas, ac inognitas vim cogitandi nec esse, nec per absuntam Dei potentiam esse posse. Est quippe universim evidens, inter occultas entis copiosumque proprietates non comprehendti unam aliquam, quae cum altera in eodem ente jam nota proprietate pugnat: ita eius geometria nondum omnes circuli proprietates perspiciant, certi tamen sunt quadratum in inognitis illis non contineri, quod ea rotunditatis; quae est proprietas circuli nota, opponuntur. Atqui vis cogitandi pugnat cum compositione entis ex partibus realibus per demonstrationem (§. 142.), et tamen haec compositione est proprietas materiae Lockianae jam cognita: igitur dubium de latente inter occultas materiarum hujus proprietates vi cogitandi impudens, ac ineptius est. Quid quod ipse Lockius (*Diss. de an. immut.*), ut supra (§. 153. sch.) vidimus, ex noione entis compositi demonstrat Deum non esse materiam: quare manifestae contradictiones reus tenet. Vehementer istud urget Gerdilites, et copiose demonstrat Lockium aut non probare. Deum non esse corpus, aut inde consequi animam nostram nec esse, nec non esse corpus; nam, ita arguit; quemadmodum ex mente Lockii, si Deus esset corpus, infinita essent entia cogitativa, quae ab aeterno extitissent; ita quoque si anima humana foret corpus, innumerae, ac prope infinitae in hominum animas existentes. Idem egregie pertinet et Hayerius (*Div. de spirit. anim.*).

Atque ex his, quae adto prolixia in materialistas allata sunt, verita-

tem clarissime clucere opinor ita, ut nisi, qui deliberato mentis pervicacissima proposito oculos clauerit, eam non interierit non possit. Quare nunquam suis convictionibus efficient, ut stabilem, veramque sententiam deseruantur; conviciatis sane, qui ita nos ratiocinari contendit (*Lettr. phil. lett. 271*): nescio utrum haec proprietates materiae consociatae sint: cum igitur nihil sciām, affirmate prouincio, materiam non posse cogitare; tum salso risu subiectum in methodum ratiocinandi in scholis.

## CAPUT V.

*De Essentia, ac Natura Animae Humanae.*

## ANIMA HABET VIM UNAM.

**CLVI.** *Animam humana vim habet.* *Animam humana est ens spontaneum* (§. 106.); sed omne ens spontaneum habet vim (§. 105.); ergo anima humana vim habet.

*Schol.* Non facile in omni philosophorum turba unum aliquem reperias, qui adverseret, quippe anipam subiectum pure passivum esse statuat; tametsi enim Cartesiani ipsam in perceptionibus; Lukkis in acquirendis ideis simplicibus pati magis, quam agere docuerint; illi tamen in iudicando, et volendo; hic in conformandis ideis compositis eidem veram actionem attribuit. Certissimus itaque est, animam vera agendi vi pollere; nec mirum: nimis enim quam manifesta est concordia vox.

**CLVII.** *Animam humana unicam habet vim.* *Animam humana est substantia* (§. 144.), et quidem una, cum sit ens simplex (§. 143.); sed una substantia unam tantum vim habet (ont. §. 176. sch.): ergo anima humana unicam vim habet.

*Coroll.* Cum tamen diversae actiones ab anima perficiantur, perspicuum est, vim animae pluribus actionibus producentur sufficere.

*Schol.* Si vocabulo cogitationis latorem, Cartesii exemplo, significacionem tribuamus (§. 3. sch.), sub ea omnes animae actiones comprehendendi possunt: nihil igitur vetat, quo minus hanc, de qua agimus, vim animae vim cogitandi posthac compallere. Ceterum juverit hic in memorias revocare, quae alias de vi, et facultate agendi dicta sunt (ontol. §§. 130.-131.): inde enim patetibz posse substantiae plures facultates competere, tametsi una tantum ipsi vis contentia. Facultas nimis agendi nihil aliud est, quam actionis possibilias; quare omni jure tot facultates activas animae nostrae tribuimus, quot per vim illius actiones effici possunt. Quia ergo anima per vim suam percipit, appetit, vult, quod ex superioribus: ei se, sumque, quocum copulatur, corpus movet, quod ex sequentibus patet; facultates cognoscendi, appetendi, volendi, mouendi eidem convenient. Hoc quoque ex principio facultates cognoscendi ulterius distribuimus in superiorem, et inferiorem; humque in facultatem sentiendi, imaginandi; et sic porro, prout nimirum.

*De Essentia, ac Natura Animae Humanae.* 159

rua eadem vis aliter, et in aliud objectum tendit, ea aliter modificatur, aliamque facultatem exercet. Ita si illa tendat in objectum praesens, actaque organa officiens, illud sibi representando, dicatur anima sentire, atque sentiendi facultatem exercere; si in absens, olim sensu perceptum, imaginarri; si in objectum sub ratione boni: appetere, et sic ulterius. Atque inde colligitur nihil aliud in anima a nobis conceipi posse, atque vim cogitandi, actione ab ea elicita; atque harum possibilitates, id est, facultates activas; quae enim praeterea in ea insunt, ad determinationes ipsius vis pertinet.

## QUAE ILLIUZ ESSENTIAM CONSTITUIT.

**CLVIII.** *Vis cogitandi essentiam animae humanae constituit.* Id generaliter entis essentia est, quod primo in eo concipitur, et ex quo cetera, quae eidem convenient, promanant (*ont. §. 45.*); atque istud in anima vis cogitandi est. Nam nihil in ipsa concipimus quam facultates, vim, actiones (*§. praece. schol.*); actiones primo non concipiuntur; nam quod ejusmodi est, constans, et permanens sit necessitate est; actiones autem essentialiter transiunt. Non facultates; haec quippe per sufficientiam vis ad diversas actiones determinantur; igitur vis est id, quod primum in anima concipitur; et cum porro ex natura hujus vis facultates illius omnes determinantur, et ab ipsa actiones efficiantur, eadem vis id quoque est, ex quo ceterorum, quae animae insunt, ratio petitur: ergo vis haec essentiam animae humanae constituit.

*Coroll.* Valet igitur argumentatio Lockii (*Essai phil. conc. l. ent. hum. l. 2. ch. 29. §. 4.*) cogitatio est animae actio; igitur ejus essentia non est.

*Schol.* 1. fuit simul celeberrima illa opinatio tanto animorum aestu primum a Cartesio, tunc Malebranchio, Claubergio, Silvano Regis, Antonio le Grand, alisque scholae hujus patronis propagata, quae essentiam animae in actuali cogitatione constituit. Verba Cartesii sunt (*Princ. phil. p. 1. art. 63.*): *Cogitatio et extensis spectari possunt, ut constituentes naturas substantiae intelligentis, et corporeas; tuncque non alter concipi debent, quam ipsa substantia cogitans, et substantia extensa, hoc est, quam mens, et corpus.* Tum (*Epist. p. 2. Ep. 4.*): *necessarium videtur, ut mens semper actu cogitet, quia cogitatio constituit ejus essentiam, quemadmodum extensis constituit essentiam corporis;* nec concipiatur tamquam attributum, quod potest adesse vel absesse, quemadmodum in corpore concipiatur divisionis partium vel motus. Sed asserta sunt, quae solida probatione destituntur; quid enim faciet, si ipsi negem animam per substantiam cogitantem potius, quam per substantiam pollementem vi cogitandi definendam esse certa sine circuli vitio hanc nobis definitio non obtruderet non posset. Dicit, ablata cogitatione nihil in anima concipi posse: dicam ego, ablato effectu optime adhuc concipi posse caussam, id est cogitandi vim, sive ens tali vi instructum,

quemadmodum ablato motu in corpore concepimus subiectum mobile, vel vi motrice praeditum. Multis hinc sentientiam impugnavit Gassendus (*Dubitat. ad Cart. met. dub. 4. in medit. 2.*) ; mihi prae reliqui momentum habere violentur, quae vir quidamclarissimus (*Epist. p. 2. Ep. 5. n. 3.*) ipsi auctori obiecit. Querit 1.) Qui fieri possit, ut cogitatio constitutat mentis essentiam, cum mens substantia, cogitatio vero entitas tantum modula esse videatur. 2.) Cum cogitationes nostrae alias, atque alias sunt, alias quoque subiuncte, atque illius mentis nostras essentia videtur. 3.) Cum cogitationis, quam nunc habeo, me ipsum auctorem esse negare non debent, scilicet cogitatione mentis essentia consistit, illius essentiae auctor esse, ac proinde me ipsum conservare videtur possum. Quid ad haec Cartesius? prima duo non attingit quidem; ad ultimum dubium, et suboscure aliquid reponit (*Ibid. 1. Ep. 6.*).

**Schol.** 2. Tametsi vero Cartesio non assentiam contendens essentiam animae in actuali cogitatione consistere; non tamen adeo ab eius opinione recedo, ut putem mentem nostram omnino nonumquam cogitatione expollatam velut mortuum jacerem. Anima nostra vel est conjuncta cum corpore, vel ab eo per mortem prouersa separata; utroque in statu nunquam omnes ab ipsa cogitatione absente verisimile est. Quod quidem ad separationis statum attinet, alio loco dicam; num in quaestione dantaxat vocabo, tamen anima, cum hoc corpore consociata interdum omni prouerso-cogitatione caret.

#### ANIMAM ETIAM IN CORPORE SEMPER COGITARE VERISIMILIS EST.

**CLIX.** *Verisimilium est, animam eum in corpore copulatam numquam omni cogitatione carere.* Imprimis enim idea vita omnium consensione contineat quampli actionem comprehendit; ideo certe vitam animalium corporibus, et plantis, non item lapidibus trahimus; igitur et anima cum corpore copulata si semper vivat, ut vere vivit, contingenter agat, cogitetque, necesse est. Deinde non videatur unquam omne cogitationis objectum animam etiam in hoc statu desesse; nam et ipsa sibi objectum est, potestque suam existentiam sentire; et motiones cerebri, quas, et quarum ope ipsa objecta externa percipit, quod ex (§. 15.), et infra dicendis magis patet, contingenter efficiuntur tum ab objectis exteriis, quorum actionibus corpus nostrum perpetue obiectum est, tum a spiritibus subtilissimis perenni motu concitatis, qui partim in ipso cerebro resident, partim continuo per illud permanent. Atque si vis cogitandi praesente cogitationis objectio non agat, verisimile non est; neque enim aliud impedimentum cogitari potest; igitur verisimilium est, animam etiam cum corpore copulatam numquam omni cogitatione carere.

**Coroll.** Itaque nec ab infantium in uero materno delitescitum, neque ab hominum profunde dormientium animis omnem omnino cogitationem abesse verisimile est.

**Schol.** Hac eadem Tullii sententia est (de Div. l. 2. c. 67.) ita enim habet: *animorum est ea ris, eaque natura, ut vigilant, et impugnent, nullo adventito pulsus, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. Hi cum sustinentur membris, et corpore, et sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt; cum autem haec subtracta sunt, desertusque est animus languore corporis, tum agitatur ipse per se. Itaque in eo et formae versantur, et actiones, et multa audiunt, multa dicunt, sentiunt. Haec scilicet in imbecillo, remissaque animo, multa omnibus molis confusa, et variata versantur, maximeque reliquiae earum rerum moventur in animo, et agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus, aut egimus.*

#### RESPONDENTUR LOCCIO?

Verum Lockius acriter se opponeit, multaque in contrarium proferat. Principia haec sunt.

1.) Concipi nequit, quomodo ens cogitare possit, quin se cogitare sentiat (*Essai phil. conc. l. ent. hum. l. 2. ch. 1. §. 11.*).

2.) Leibnitius (*Nova, essais sur l'ent. hum. l. 2. ch. 1. §. 11.*): nos saepe de rebus quamplurimis simul cogitamus, non tamen attendimus, nisi illis cogitationibus, quae prae reliquis clares, et distinguebantur; neque enim possumus infiniti prope rebus, quas quia simul impressiones sat fortis in nostrum corpus efficiunt, simul sentimus, aequaliter attentionem adhibere; quare reliquias confundemus, ac penitus obscurae manent, nostramque conscientiam efficiunt. Ita cum commoti maris murmur petropipimus, precipimus, et quidem singularium undarum murmur, nec tamen eius perceptio nis nobis consili sumus. In tali porro idearum obscurarum statim mens nec dolorem, nec voluntatem sentit, quorum quid sit, insulsa Lockius querit; haec quippe ideae vivaciores sunt, animamque ad sui apprehensionem rapunt.

3.) Si anima Castor in somno cogitet (*Ib. §. 12.*), quin tamen Castor se cogitare sciat, erit Castor dormiens aliud homo a Castore vigilante; neque enim vigilans recordabitur eorum, quae dormiens cogitavit, atque adeo non judicabit ea ad se pertinere; haec autem conscientia identitatem in personae constituit, quod subinde fusi oratione probare nittitur.

3.) Leibnitius (*Ib. c. 27. §. 10. et subv. Ib. §. 12.*): quoties contingit, ut quis post longum temporis intervallum, vel maiorem aliquam mutationem, generali omnium praeteritorum obliuione capiat, etne propter ea continuo aliud erit homo, alia persona? Lockius argumentum, verba sunt Antonii Genuensis (*ELEM. MET. p. 2. pr. 13. sch.*): si nihil aliud est persona, quam identitas conscientiae, recte concludit duas animam referre personas, alteram dum dormimus, alteram dum vigilamus; sed id non magis absurdum est, quamecumque hominem in scena Mercurium age re, et Sosiam. Quod si persona statuatur esse indispidum ra-

*ionale, quemadmodum ceteri omnes philosophi docent, anima, dum vigilamus, et dormimus, semper eadem erit persona; quippe semper idem individuum rationale. Quaerit ex Lockio Bufferus (Rémarque sur la met. de M. Locke n. 565. Ib. ch. 27. §. 12.); quomodo quis ob ea, quae in ebrietate commiserat, quorumque nullam amplius memoriam, aut conscientiam habet, justa a magistris puniri queat, cum amissa conscientia non jam eadem sit persona? Responsio Lockii est: id inde fieri, quod leges clarae, et absolute discernere non possint, quando identitas personae desinat; praeterea factum contra illum probari, non item conscientias absentiam. At queritur, instat Leibnitius (Ib. ch. 27. §. 22.), quin eo in casu juste fieri posset, in quo certo constaret hanc conscientiam non amplius adesse, aut nec adfuisse, cum factum illud in ebrietate patratum est.*

*3.) Urget Lockius (Ib. §. 14.), impossibili videri, ut anima in profundo sonno cogitet, et tamen primo etiam, quo evigilat, momento non recordetur.*

*R. Rursus Leibnitius (Ib. §. 14.): simile quid nobis quotidie vigilantibus accidit: diversissima saepè objecta tum oculos, tum aures, aliosque sensu simul afficiunt; anima tamen uni, vel alteri contemplando intenta harum omnium sensationum sibi minime conscientia est, donec tandem impressio paullatim fortior evadat, mentem in attentionem rapiat. Est hic velut somnus quidam particularis compare ad unum, vel alterum objectum, qui generalis evadit, cum nostra attentione ad omniam simul objecta languescit; unde fit, ut distractio attentionis in quam plurima objecta brevissimo tempore somnum conciliet. Deinde quoties etiam fit, ut somniorum, quas nos habuissimo certo scimus, non amplius recordemur? quoties ne nos somniassimo meminimus, quod tamen alij ex indicis quibusdam externis certo intellexerunt? et nonne eorum, quae in infancia cogitavimus, vix ultra nobis superest memoria? putasne animam tantum tempus in corpore otiosam fuisse? Cartesius (Epist. p. 2. Ep. 6. n. 1. 2.) hujus obliviosi causam in certam cerebri infantium, lethargiorum, aut aliorum sine insomniis dormientium affectionem rejecit, qua stat, ut illi motus in cerebro non redeant tales, quales ad memoriam requiruntur. Quibus addi, motiones in hoc hominum genere admodum debiles effici ab objectis externis, quibus idear confusae, aut prorsus obscurae respondent; harum autem aliquo nec alias recordari solemus, et tum minime, cum anima evigilans repente a supervenientibus ideis multo clarioribus tota abripitur.*

#### VIS COGITANDI EST ETIAM NATURA ANIMAE.

*CLX. Supradicta vis cogitandi animae quoque naturam constituit. Universa enim natura cuiusvis entis est ejus vis activa, sive principium illud internum omnium mutationum, quae in ente possibles, et existentes sunt (cosm. §. 86.); atque per hanc vim omnes*

*animae actions ad existentiam pervenientes, ejusque facultates actuantur (§. 157. sch.). ergo haec quoque vi animae natura absorbitur.*

*Schol. Neque istud mirum: licet enim realiter essentia animae, ejusque natura sit una eademque vis, est ea tamen sub diverso respectu consideranda. Nempe cum universum essentia eius sit possibilis, atque entis in certam speciem reducitur modus, sub quo illud ut tale possibile est (ont. §. 46. sch.), recte vis haec ad diversas actiones sufficiens, ut possibilis, essentia, ut actu existens, et actiones efficiens, natura dicitur: atque istud in omni ente simplici obtinet. Contra compositorum, sive corporum essentiam certus partium conjugationis modus; naturam vero vis motrix, quae ex singulorum elementorum viribus coalescit, constituit.*

#### C A P U T VI.

##### De Ortu Animae Humanae.

ANIMA EST ENS FINITUM — ET CONTINGENS — ICHTUS NEC DEUS  
NEC PARVS DEL.

*CLXI. Anima humana est ens finitum. Vis cogitandi, quae animae essentiam constituit (§. 158.), multis modis tum ratione objectorum, tum ratione modi in representando limitata est: neque enim omnia, neque distincissime percipit, quemadmodum intima experientia loquitur, et tota psychologia empirica docet; atque ipsis, quod habet essentiam finitam, pariter finitum est (ont. §. 223.); in confessio itaque est animam nostram ens finitum esse.*

*Coroll. 1. Quoniam omne ens finitum contingens est (ont. §. 130.), patet animam quoque ens contingens esse.*

*Coroll. 2. Igitur anima nostra neque Deus est, neque portio quadam avulsa a divina substantia.*

*Schol. Ita nimis nonnulli veterum somniarunt, de quibus Cicero scribit: animum prisci Deum esse dixerunt, et ex universitate divina animos esse delibatos (De nat. D. I. 1. c. 12.). Nominalim Pythagoram, quem docuisse ait: esse Deum per naturam rerum intentum, et commeantem, ex quo nostri animi carperentur: graviter redarguit, quod non viderit, distractione humanorum animorum discripi, et lacerari Deum: et cum miseri animi essent, quod plerisque contingere, tum Dei partens esse miseram: quod fieri non potest. Stoicorum quoque aliquos errori huc typissimum adhaesisse ex Seneca, et Epiceto discimus, quorum illi ita: Ratio autem nihil est aliud, quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa (Opp. t. 3. epist. 66.). Hic vero, animi ita sunt deinceps Deo, ut particulae sint ejus, et ab eo quasi avulsi. Euripides aethereum subtilissimum, in quo naturam animas constituit (§. 141. schol. 2.), Deum per omnia diffusum dixit, animosque nostros a corporis morte rursum cum eo, a quo quasi decerpiti fuissent; conjungendos. Vide Mosheimum (In*

Cudw. c. 3. s. 1. not. 4. §. 5.). Recentius Manichaei eamdeni impian doctrinam professi sunt, ajetes teste S. Augustino (*Super Gen. ad lit. l. 7. n. 17. alias o.*): esse animam ipsam Dei substantiam, atque id omnino, quod Deus est. Simile quid de Priscillianistis S. Hieronymus (*Opit. 4. pr. 642. ed. Mart.*) scribit. Ex hac impiorum turba Spinozam excipendimus non esse ex alias dictis patet; quod si quis tamen dubitare velit, audiat ipsum inscite pronunciantem (*Eli. p. 2. pr. 11. col.*); deinde sequitur mentem humanam partem esse infinitum intellectus, et proinde cum diuinam mentem humanam hoc, vel illud percipere, nihil illud dicimus, quam quod Deus, nos queramus infinitus est, sed quantum per naturam humanam mentis essentias constituit, hanc vel illam habet ideo. At quemadmodum totum ipsius systema contradictionibus scatet, ita et hoc loco secum ipso pugnat, quid enim illud sonat, quod ante protulit (*Ib. p. 1. prop. 3.*)? *De intellectus tam essentia, quam existentia a nostro intellectu differt.* Denique et Petrus Poiretus (*De lo. div. l. 1. c. 10. §§. 2. 20. 24.*) huc pertinet, e cuius sententia mens humana emanatio quaedam, seu effluxio ex Deo est; at quaere ex ipsis quid illa emanatio sit? qui cum essentiali naturae divinae simplicitate consistat? audiens reponentem: *Id mihi peculiarius intelligere non licet; neque video, an ab illa creatura in hac certe vita intelligi possit.* Ita tempe in tenebris se abdit, qui clarum rationis lumen deserunt. Ceterum absovitam hanc opinionem refutatam inveneris apud Buddeum (*Thes. de atheism. et superst. 59. §. 6.*); omnium optime vero apud S. Augustinum, qui primum contra Fortunatum Manichaeum disputans ita argumentaverit. *Hac mutatione animae ostendit mihi, quod anima non sit Deus. Nam si anima substantia Dei est, substantia Dei errat: — substantia Dei violatur; substantia Dei decepta, quod nefas est dicere.* Tum al. S. Hieronymus scribens (*Epist. 166. n. 3. alias 2. c. 2.*): *non est pars Dei,* inquit, *anima; si enim hoc esset, omnis modus immutabilis, et incorruptionis esset.* Quod si esset, nec deficeret in deteriori, nec proficeret in melius, nec aliquid in semetipsa vel inciperet habere, quod non habebat, vel desinere habere, quod habebat, quantum ad ejus ipsius affectiones pertinet. Quam vero alter se habeat, non opus est exprimere testimonio. *Quisquis semetipsum averrit, agnoscat.* — *Non est itaque natura incommutabilis, quae alio modo, aliquo causa, aliqua parte mutabilis est.* Deum autem nefas est nivere, summeque incommutabilem credere. Non est igitur anima pars Dei. *Hac praecellere* S. Augustinus.

ANIMA EXISTIT AB ALIO — IGITUR CATTUM HABUIT — ET QUIDEM  
PER CREATIONEM.

CLXII. *Anima humana existit ab alio.* Omnia ens contingens existit ab alio (ontol. §. 14. coroll. 1.), sed anima humana est ens

contingens (§. praece. cor. 1.); perspicuum igitur est animam humanam ab alio existere.

*Coroll.* Anima itaque humana aeterna, ac imprædicta non est; quare necesse est, ut aliquando orta sit (ont. ont. §. 18.).

CLXIII. *Anima humana tantum per creationem oriri potuit.* Ens simplex tantum per creationem oriri potest (ont. §. 183. conf.); sed anima humana est ens simplex (§. 143.); ergo anima humana tantum per creationem oriri potuit.

#### QUAERELLOPHORUM OPINIONES DE ORTU ANIMAE.

*Coroll.* Anima igitur humana ex nihilo oritur (ont. §. 180.).

*Schol.* 1. *Creatiani dici solent, qui thesim hanc verissimam propagant; atque inde falsa traduciaorum hypothesis refutatur.* Traductiani nimur vocantur, qui animam a parentibus in filios per generationem propagari, ac velut traducti arbitrantur; cui opinioni plures olim, ac praesertim Tertullianus, et Apollinaris addicti fuerunt. At vero ea animas a parentibus in filios traductio vel fieret ex corpore parentum, vel ex anima; non illud, exente quippe composite non oritur ens simplex (ont. §. 183.); non hoc: similiter enim ex ente simplici aliud ens simplex oriri nequit (ont. §. 184.). Necesse itaque est, ut sententiae hujus patroni vel animam ens compositem esse statuant, vel parentibus vim aliquid ex nihilo procreandi tribuant; quod vitrumque cum rationis lumine pugnat. Sed neque doctrina haec quidquam confort ad facilem exemplificationem quomodo peccatum, quod origine dicimus, in totum genus humani diffundatur, ut nonnulli olim contendebant. Nam si has rationes per animam nimis traducem peccatum primi hominis in posteros pervenirent, consequens foret, ut virtutes etiam, et peccata actualia, quibus parentis generationis tempore obnoxius est, in filium derivarentur, atque ex patre probro non nisi proba, ex improbo improba nascerebant proles, quod tamen experientias aequae, ac dogmati catholicō opponitur.

#### QUAE DE ORTU MUNIS TRIBURO.

*Schol.* 2. At vero quam certius est animam per creationem dunita ad existentiam pervenire posse, tam dubium est tempus, quo ea ab Auctore suo Deo procreetur; atque controversia hec ut antiquissima est, ita hodie etiamnum perdurat. Ut a vetustissimis temporibus ordinar, fuerunt, qui contiderent animas multo ante corpora tempore evolutas, quicque eam sententiam recentius ampliassent, praexistentianorum nomenclationem sibi vindicavant (*In. Cudw. c. 1. §. 21. n. 6.*). Originem hujus opinionis Mosheimus his verbis exponit. Chaldaei, veteres Egyptii, et omnes fere populi, qui solem orientem spectabant, rerum humanarum administrationem, curam, et gubernationem a Deo certis esse genitis commissem judicabant, Deo ipso a molesta illa procreatione cessante. Placuit haec sententia quoque Platoni. — *Animam vero qui existimat immortalem esse, et a corpo-*

re segregatam, his merito genitorum viribus longe ridebatur superius tam nobilis, tamque praestantem fingere naturam. Ipsi ergo Deo tantae molis opus tribendum esse intelligebant. At Deus, ut putabant, cessaverat post orbem constructum a rerum humanarum procreatione. Id igitur unum relinquatur, ut ipsum Deum ante orbem conditum omnes ex se genuisse animos asseverarent. Supererat, ut explicarent, quem admodum Deus tantas dignitatis et praestantiae naturas incolunt, et salva benignitate, et bonitate sua in tam misera, et aerumnosa corpora demittere potuisse. Huc ut satisfacerent difficultatem, animorum culpa, non Dei id evenisse documentum ipsi omnino erat. Peccasse igitur animos, et carceris corporis, alii resecatis a Deo commissos esse tradiebant, ut poenas sustinerent facinorum, quibus Deum laetissent. Hinc plana erat, et expedita via ad migrationes, et itinera mentium. Ad celebratam nempe illam περιπολούσαν, de qua infra pacca dicam, ubi simul hanc viri doctrinam adnotacione prosequar. Ad hanc porro classem nominatim referunt Pythagorae, quos his praecepit rationibus ad animalium praestentiam defendendam permotus fuisse Cudworthus scribit (*Syst. Intell. c. 5. s. 2. §. 7.*): 1.) quod absomus videatur animos, qui naturae ordine corporibus priores sint, ipsis tempore posteriores esse; 2.) indigne quoque Deo videri, ut si omnibus naturae generationibus intersit, ac earum quamvis veluti praestoleetur. Tam Socrates, qui ex innatis, atque in suis rerum omnium formis, ac speciebus animos diu ante corpora extitisse conclusit, putabat enim, ut est in Phaedone, pueros, aliquos homines, cum varia artes condiscunt, non tamen primum discere, sed recordari solum, ac reminisci eorum, quae jam ante animis impressa habuerint. Magisiri vestigii, addita tamen animalium transmigratione, Plato instituit, sic ait: *haec fatus (opifex mundi) in eodem rursus crateret, in quo mundi totius animalium permiscens temperaverat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quoddam eodem, non tamen perfectas similiter; sed et secundo, et tertio gradu, a primis deficientes.* Denique cum universum constituisse, astris parrem numerum distribuit animalium, singulis singulas adhibens, eisque tamquam vehiculo impositis monstravit universi naturam, ac leges fatales edxit: ostendens quidem primam omnibus generationem ordine quoddam unam fore, ne quis ab eo minus aliquid sortiatur. Longo deinde ordine enumeratis, quae ab animis cum corpore copulatis, committi poterunt, vitis ita persequitur: *haec qui superaverint, eos juste esse victuros; injuste vero, qui ab his fuerint superati. Atque illum, qui recte curriculum vivendi a natura datum confererit, ad illud astrum, cui accomodatus fuerit, reversum beatam vitam actu- rum, Contra vero agentem cogi in ortu secundo, sexumutato, fieri mulierem. Et qui ne tunc quidem finem peccandi faciet,*

quatenus depravatur, eatenus in brutorum naturam suis moribus similem permutari. Origenes denique immoderato Platonorum dogmatu amore abruptus et hoc doctrinae caput in suam philosophiam transstulit: docuit nimur, ut ex S. Augustino (*De civ. Dei l. 21. c. 32.*), et Huetio (*Origen. l. 2. q. 5. c. 10.*) discimus, omnes animam primum ante mundum corporeum cum mundo intelligibili a Deo conditas; tum ob delicta quedam admissa, procreatio iam mundo corporeo, in haec corpora, velut carceres, decessauisse.

Post Origenem sententia haec paucos clari nomini defensores habuit, ac fere eo devenit, ut penitus emoreretur: id tamen ne fieret, nonnulli praecedentes saeculo, ac praecipue Leibnitius, efficerunt, qui eamdem ex tenebris suis, in quibus melius latuisset, rursus in lucem protraxerint. Bocet primum Leibnitius (*Essai de Theod. p. 1. §. 92.*) tam eas animas, quae cum tempore animae humanae futurae sunt, quam omnes allorum animalium in parentium semine, regrediendo usque ad Adamum in hominibus contineri, atque adeo ipsas simul cum mundo conditas, et ab eius origine in organico quoddam corpusculo veluti inclusas fuisse. Deinde pro sua opinione laudat Swammerdamum, Malebranchium, Baylium, Pitcarnum, Hartseckerum, aliasque complices. Tum confirmari eamdem magnopere putat per observationem a Lewenhooki (*Act. Erudit. an. 1682. pag. 321. et ann. 1705. pag. 55.*), quam ab aliis institutas, qui microscopiorum ope minutissima animalcula vermiculorum instar inseminibus corpusculis reprehendent. Postremo amplius sua sensa explicans ita ratioinatur: *michi diversis ex rationibus verisimili videatur, animas hominum eo in statu fuisse duntaxat animas animales, id est, facultate solum sentienti praeditas; ratione, ac intellectu destitutas; easque hoc in statu permanuisse, dum homines illi, quorum animae futurae erant, conciperentur; atque tum intellectum, et rationem obtinuisse; sive medium naturale animal tantum sentientem elevandi ad statum rationalis extet, quod quidem difficillimum captu est; sive Deus tali animae per singularem quandam operationum, aut si quis velit, per aliquam, quasi recreationem rationem indat: id quod factius intelligitur propterea, quod revelatio alias quoque immediatas, Dei in nostram animam actiones docet. Eadem repetit alias; sed tamquam se corrigenz adjicit (Ib. p. 3. §. 396.)*; melius fore, ut etiam singularis haec Dei operatio excludatur; eam autem in rem dici posse, in intelligentia animalium, animalorumque corpusculorum numero illos animas, quae aliquando humanae futurae, et ut tales praevise sint, jam quoque ratione donatas fuisse: reliquas vero tum animas, tum corpuscula organica, quae ad fecundationem a Deo praedestinata non sint, inferioris longe ordinis esse. Lepidum est, quod Hanschius refert (*Comment. ad princ. Leth.*), ab ipso potum turicum bibente sibi aliquando in familiari collo-

quo dictum fuisse: in hac fortasse phiala, est una aliqua monas, quae cum tempore anima rationalis evadet. Et quis iam cum Leibnitio ipso non miretur non animadversum fuisse a sapientibus, opinionem ab illo in Theodicea propositam fuisse duxatax Iudum ingenii venditandi causa adornatum, quod ipsum in epistola ad Plaustrum data, ac post eius mortem vulgata professoris est, quemadmodum Geroldius scribit? Immo quis non miretur potuisse eruditissimis viris ita imponi, ut in eam quoque sententiam iuramat irent, quales fuerunt Wolsius, Dariesius, Wulffingerus, Mejerus, Boehmius, Wincklerius, Baumeisterus, aliquie (*Gedanken von der Zustand des Sclie nach dem Tode 4. Absch. iii. §. 54. 58.*) ac Mejerus quidam modum omnem praetergressus est, et sententiam, quae cum primis ontologias, ac psychologias principiis pugnat, defendendas suscepit; contendit enim posse monadem secundum naturalem evolutionem ordinem ex prima classe obscure representantem transire ad secundam, inde ad tertiam, atque inverse fursus ab hac ad primam redire: quo, iomit naturaliter prorsus fieri posse, ut monas quae nunc quoddam corporis elementum est, ad altiora clarae representationis gradum elevara jam bestiae, et haec tandem hominis animam constitut. At ut hanc suam opinionem queretur absurdam exigitavit hypothesis, intellectus monadi finiti aliud non esse, ac potentiam compositam sentiendi (in zusammengesetztes sinnliches Vermaßen); inde colligit; vis, quae adhuc solum obscuris representationibus efficiendis par est crescere potest, ut plures partes obtineat, tuncque representationes claras efficiat, quodsi adhuc creverit, perveniet ad distinctas; et viceversa, quae distincte representat, potest debilitari, et amissus ordine partibus tandem ad ultimum gradum destruci. En monstrosus luxuriantis ingenii partum.

Ultima demum, et senior sententia eorum est, qui daceat tum animam a Deo creari, et cum tenero foetus corpusculo copulari, sive eidem infundi, cum istud eams alterne organizationem obtinet, quae ad alias actiones vitales pertinendas sufficit. Hi ob primum creationis, ob alterum infusian, vel inducian; ob ultimum coexistentialis appellantur. Quae jam harum verior sit, vidimus.

VETERUM DE PRAEXISTENTIA ANIMARUM HYPOTHESIS NEC PHILOSOPHICA,  
NEC ORTHODOXA EST.

CLXIV. Hypothesis de praesistente animarum a Chaldaeis, Egypciis, Pythagoraeis, Socrate, Platone, ac Origene admissa nec philosophica, nec orthodoxa est (*Gen. c. 2. v. 7.*). Imperitis enim nulla ratione idonea nititur: indignum autem philosopho est aliquid sine ratione idonea asserere. Deinde in hac hypothesi omnium animarum eadem utique foret ratio: atque ex indubitate sacrarum Litterarum auctoritate secundum unanimem SS. PP. ac Theologorum interpretationem anima Adae creata non est nisi formata jam corpore: formata igitur Dominus Deus hominem de limo

terram, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae; et facies est homo in animam viventem. Et quod de prima anima diciter, id procul dubio ad omnes alias applicandum est: igitur hypothesis haec nec philosophica, nec orthodoxa est.

*Coroll.* Jure itaque haec Origenis opinio tum ab Imperatore Justiniano, tum a summo Pontifice Anastasio, et denique a Concilio quinto oecumenico, quod erat Constantinopolitanum secundum condemnata fuisti;

RATIONES ADVERSAE EXPENDUNTUR.

Schol. Vero expendamus nonnulli ipsorum rationes. 1.) Ex eo quod animae corporibus praestantiores sint, quod Pythagorae tonuisse videntur, nequam sequitur ipsas ante corpora condit debilis; nonne corpus humanae praestantius est aliis corporibus repellit, insectorum, plantarum, lapidum? Et tamen sexto tantum die, postquam omnia reliqua jam extulissent, Adae corpus formatum est: non igitur haec divinae sapientiae regula.

2.) Indignum ait Deo esse culicet generatione interesse. Sed annis istud cura, labore, aut vigilia Deo constat? Nonne Deo ubique praesens est? Omnia, et singula conservat? Ad finem provide gubernat? Verum de hoc alias. Deinde tametsi Deus omnes animas ante mundum procreasset, non minus tamen naturae securivit ut, ipsorum phrasitari, et quamvis generationem praestolari dehisset, ad eum siquidem solum pertinuissest animam, licet pridem conditam, corpori recenti generato imittere, et arcissimo cum eorum copulare. Ipsae certe animae ultra in corpora non discedissent, ut tacet nequecum hunc abrumperet in nostra non esset potestitia; alia autem quecumque naturae lex sine risu configui nequit.

3.) Si quod Socrati placuit, animae ante corpus existentes sublimi jani rerum scientia instructae fuerint, quo pacto accidit, ut reponite adeo omnium obliterentur, nulliusque rei anteactae recordarentur? Nonne recte cum Tullio dicam (*Qq. tusc. l. i. c. 6.*): non conueniunt, antequam sum natus, me miserum. Tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordarer? Tanta certe difficultas tanus labor in condiscendis artibus, et liberalibus disciplinis exhaustiendis sat ostendit nostris discere non esse remisit. Atque poenam ait delictorum istud animis evenisse. Verum quid ratione Socrati innotuit (*Pit. phil. l. 5. vid. Pyth.*); oblitus enim omnium est? Qua item ratione Pythagoras, ut est apud Laertium, omnium, quae sibi antecontingissent, se meminisse contendit?

4.) Plato ridiculans de animarum origine fabellam in Timaeo narrat: illud autem, quod de migratione animarum humanarum in bellum corpora commentis est (*In Tim. Plato. CCXCVI.*), adeo jam absurdum videbatur, ut multi, quos Chalcidius aliquo post tempore secutus est, contenderent, id in sensu solum morali intellegendum esse; de imitatione nempe vitiorum, ad exaggerandum

terpissimum statum, quem animi, qui se gravioribus sceleribus implicant, sortiantur (*Syst. intell.* c. 1. §. 31.). Vide Cudwortum.

3.) Denique nulla in Deum injustitiae labes redundat ex immissione animalium culpa vacantium in haec corpora; nam quid contra justitiam divinam est, ut *praedictae Clericos ratiocinatur*, si mente omnium ignorari eo momento quo creatur immitti dicamus in corpus, quo tamquam organo ad descendit multa iudicatur, atque imprimis summae beatitudinis viam; ad quam beatitudinem, si per incommoda quedam perveniat, estne quod queratur? quid est ea in iniqui, si *Deus felicitatem*, quam non habet, velit aliqua molestia, eaque brevi tempore exstantia, veluti emi (*Pneumat.* s. i. c. 8. n. 3.)? Quod autem isti contendunt in poemam delictorum ante commissorum animas in corpora detruidi, id neque, qui fieri queat, intelligi potest (*Nova essai sur l'entend. hum.* liv. 2. ch. 27. §. 26.), vera namque poena ratio postulat, ut ei ea afficiat, et se purificet, et cur puniatur, sciat; neque illa in eius poena cadit, qui criminis sibi conscientia non est. Jam vero animae ex ipsorum sententiis, cum in corpora immittuntur, generali ante actorum oblivione capiuntur: quo igitur pacto haec immissio justa poenae rationem habeat, vid. Leibnitius.

SED NEC EA, QUAE LEIBNITIUS CONFINxit SUSTENERI POTEST.

CLXV. Opinio Leibnitii de praexistentia animalium humanarum in corpuculo seminis organico susteneri non potest. Vel enim omnes animae in corpuculo spermatico contentae intellectu, et ratione reveraarent; ut primum vel illae solum, quae a Deo prævisae sunt in lucem non venturæ; ut deinde Leibnitius assertor; vel, omnes universis his facultatibus prædictæ sunt, licet earum usu destitutæ, ut Boehmio contendit; atqui nihil horum cum ratione susteneri potest. Non primum; nam cum talis anima per singularem Dei operationem intellectu, et ratione donaretur, transformetur unus ens simplex in aliud contra (*ont. §. 8a.*) certe aequa repugnat, ut ex anima sensitiva efficiatur rationalis; quam ut ex materia sit spiritus (*§. 143.*). Quid? quod ex mente Leibnitii omnis immediata Dei actio miraculus est (*cosmol.* §. 92, sch. 1.). Si igitur per miraculum elevanda sit ad gradum rationalis; cur ea non possit per simile miraculum de novo creari? Alterum porro preclaro, et contra omnes analogie leges, quas tanti Leibnitius aestimat, assertur; profecto si vel unum corpuculum spermaticum animam rationalem continet, jam analogiae leges postulant, ut eadem reliquis quoque tributatur. Sed nempe prædestinatae non sunt a Deo ad corpus humanum informandum; conjecturare hoc est, non docere; nonne plantarum semina omnia aequalia, et similia sunt? Nonne antherarum pulvisciuli inter se non differunt? Et tamen quod pulvisciuli a Deo prævisi sunt non ingressuri in plantarum semina? Quot semina non abitura in plantas? Deinde plane non video, quomodo Leibnitius ad prævisionem Dei haec in re recurrere possit, cum tamen alias omnia ex caussis antegressis

sunt, et antecedente substantiarum statu intelligi posse putet. Restat igitur, ut omnes animae copulatae ratione pollere, atque homo ex vermiculo seminali quasi evolvi statuatur. At quis sibi istud persuadat? Ex infinito prope animalculorum spermaticorum numero, quac in uno insunt homine, saepè nullum, saepè vix unum, aut alterum eis est felicitatis, ut in homine transformetur: quid igitur illis animis rationalibus fiet? Quo devinent? Anne longa annorum serie expectare coguntur, ut in alio rursus homine colligantur? Quidquid horum dixeris, tam in rationis sufficientis principiis, quam in perulgatum illud: Deus, et natura nihil otiose operatur, peccabis.

*Schol.* Nec minoris firmatissimunt argumenta, quae ex morali doctrina, quacum haec opinio omnino non congruit, petuntur. Denique inde manifeste sequitur sanctissimum quoque Servatoris animam jam ab ipsa mundi origine in id genus corporisculo organico delituisse, quod aperte cum veritate pugnat. Plura contra hanc sententiam inveniens in Fortunato a Brixia (*Metaph.* p. 2. s. p. 6.), tum et in Vallisnerio (*De vivent. gener.* p. 2. c. 14.). Nunc adversariorum rationibus pacies respondebo.

#### RESPONDENTIA CONTRARIIS RATIONIBUS.

1.) Leibnitius loco supra laudato ex analogia argumentum dicit, quod enim, alti, in reliquis omnibus animalibus contingit, ab eo homo excipiendum non videtur; præsertim cum infinita Dei sapientia perfectam in omnibus suis operibus harmoniam posulet. Deinde has sententias hujus prerogativas enumerat; quod primo tollantur difficultates de ortu formarum substantialium: in philosophia, et de peccato originali in theologia, quæ omni aetate doctissimos etiam viros magnopere erubescunt; tum quod tam multiplicia ad creandas toties animas necessaria miracula evitentur. Verum nunquam Leibnitius ad ipsum de ceteris animalibus demonstravit; quare, cum ad analogiam recurrit, principium iure negandum petet, et in circulo vitium probabitur. Negue vero nova animalium creatione quidpiam harmoniae mundi detrabitur, eam intelligo, quæ vere existat, quæque sapientiam. Conditoris tantopere commendat: non illam, quam Leibnitius præstabilitam vocat, quamque infra refutabo. Difficultates de formarum substantialium origine in utraque sententia tolluntur, hoc solum discrimine: quod in illius opinione, alia nota, easque inenodabiles oriuntur. Quam autem sinistre, quam infelices propagatio peccati originalis ab uno in omnes homines inde explicetur, norunt theologi, ad quos hoc argumentum pertinet.

2.) Wolfs ita rationes concludit (*Psych. rat.* §. 705, sch.): jam vero Deus die septimo a creando cessasse legitur; unde theologi recte colligunt, quod hodie nihil amplius creet, seu ex nihilo producat. Scripturæ igitur convenit, *creatio animalium in prima statim creatione a Deo facta*. Sed opitatem, ut nominatum illos theologos adduxisset; certe qui ita sentiunt, illi solu-

sunt, qui aliunde jam hypothesi praesexistenterianorum, aut tradicitorum faverint. Quas fuerit theologorum in concilio Lateranensi quinto sub Leone X. collectorum sententia (*Sess. 8. in bul. Leon. X. t. 19. coll. Labé.*), ex his eorum verbis liquet: *Animam rationalem pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter esse multiplicabilem, multiplicatam, et multiplicandam.* S. Augustinus (*Ep. 166. n. 13; arias. 28. c. 5.*) ad S. Hieronymum scribens docet ex divina quiete ne aquam colligi. Deum hodie non amplius animas creare, sicut deinceps laudatum genescos locum sic potius intelligere oportet: Deum post diem septimum nullam amplius novam rerum speciem condidisse, quod non impedit, quo minus eas substantias deinceps procreat, quae ad conservationem, et propagationem specierum jam conditarum necessariae fuerint. Certe, si Dei quies adeo stricte, ut *Wolfs* cum suis theologis putat, accipi debetur, consequens foret, Deum nec posse res creandas in singula momenta conservare, quod tamquam in theologia demonstratur; tantum enim nunc agit conservando, quantum olim creando egit. Et quid denique *Wolfs* de sanctissima Christi Anima statuet? Sed alium de ea tacet; credo, ne infrimitatem suae sententiae patefaciat.

3.) Ex notione mundi optimi *Winkler* colligit (*Psych. §. 825.*), nihil hodie a Deo 'creari'. At inanem hanc esse notionem ostendit (*cosmol. §. 80. seqq.*) sed demus aliquid: sit mundus hic omnium possibilium optimus; nonne dici poterit ad mundum optimum pertinere quoque novam in tempore animalium creationem, quemadmodum et ipsi, et alii optimismi patroni respondent, cum ex ipsis queratur, quomodo in mundo optimo miracula edi possint? Nempe quidquid sentias, seu status mundum absolute, seu comparative ad finem tantum optimum, seu dicas cum *Wolfo* mundum esse ens unum, cui addi nihil, nihil demissum possit, ac per quod Deus optimae finis suum consequatur; intelligere debes eam rerum connectionem, que per aeternum Dei decreatum constituta fuit. Jam vero quid vetat dicere hanc novam in tempore animalium procreationem aequem in illo decreto contineri? Et nomine corporisculum quodvis spermaticum ens unum est, ens in genere sui perfectum, ens per quod Deus suum finem optime consequitur? Infer jam, sed risum tene: ergo illi nihil addi, nihil demissum potest; ergo illud augeri, evolvi, et in corpus humaanum mutari nonquit.

#### ANIMAM SIMIL CREAMI, ET CORPORI INTUNDI VERISIMILLIMUM EST.

CLXVI. *Verisimillimum est animam humanam tum a Deo creari et cum corpore copulari, cum hujus organa ad obeundas actiones vitales satis elaborata sunt.* Etenim 1.) illud verisimillimum est quavis anima humana fieri judicamus, quod cum prima factum fuisse novimus; atque prius et creatum, et continuo cum corpore ad obeundas actiones vitales jam apto conjunctam fuisse constat; igitur, hanc omnium animalium humanarum sortem esse probata;

bilissime concludimus. 2.) *Anima nostra ante corpus humatum non existit* (*SS. praece.*) ergo cum corpore; sed corpus humatum existere vero sensu dici nonquit, nisi cum eius organa actionibus vitae peragendis sufficiunt. 3.) *Cum pars quedam corporis destruatur, ita ut actiones vitales perfeci nonqueant, anima ab illo recedit;* ergo etiam anima ad corpus accedit, cum illo actiones vitales obiri incipiunt. Est enim corpus instrumentum quoddam animae a Conditore datum, ut ipso ad percipienda res sensibiles utatur; huic autem usui; nisi vivum sit, servire nonquit: quare sicut anima illud jam mortuum dimititur; ita nondum vivum acquirent non videtur. Quemadmodum autem verisimillimum est animam nisi cum corpore vivo non conjungi; ita eandem veri speciem habet, eam ante nonexistere; cum enim nec ante mundum corpuscum (*§. 164.*), nec cum illius origine (*§. praece.*) condita sit, debuit esset ea tempore quodam intermedio condita longe a vero recede videtur.

#### DUBIUM QUODDAM SOLVITUR.

Schol. 1. Erit fortasse, qui rationem primoloco allatam non probet, putans sequi, inde animam corpori humano tum primum dari, cum illud jam adulterum est. Sed paritas haec non pertinet: de actionibus corporis vitalibus solum sermo est, qui in motu cordis, et sanguinis, ac humorum circulatione consistunt. Primi hominis corpus integrum ex terrae limo Deus formavit; allorum deinceps corpora ex semine nasci, ac paullatim, et quasi per gradus ad matritatem pervenire voluit; certum autem est corpus ante vero sensu vivere, quam plenam matritatem attingat. Cum igitur procreatio, et conjugatio animae vita solum corporis alligari videatur, nihil refert, sive illud perfecte matrum sit, sive non, si modo vera vivat, quod paucorum dierum intervallo fieri potest. Haec de animae humanae ortu, non, ut promissa exsolvam, de animalium migratione, quam Graciæ *metempsychosis* vocant, pauca dicam.

#### QUID METEMPSYCHOSES?

Schol. 2. Floruit haec opinio a vetustissimis temporibus inter Chaldaeos, et Egypciis, a quibus subinde in totum fere orbem diffusa fuit; extantque hodie etiam cum apud Indos Sinas, et Japones, quin apud omnes fere orientales populos, ut Calmetus scribit (*Dict. script. art. Metempsic.*), ejus reliquias. Verum, quod commentis obvenire necessum est: cum quis pro arbitrio adderet, aut demeret, varia prouersus immuta fuit. Praecipuum tamen in quo plurimi consenserunt, doctrinam caput erat: a morte corporis in aliud continuo migrare, et quidem pro ratione meritorum, vel male factorum in corpus regis, sapientis, divitis, vel plebejii, indociti, pauperis, vel etiam bellarum, cui nempe in priore vita mores similes ferint. Quia ratione homines in hanc sententiam descenderint, docet Mosheimus, cum orationem supra (*§. 163. sch. 1.*) adductam sic porro continuat: *Hinc plana erat, et expedita via ad migrationes, et itineraria mentium. Primum incredibile erat, tot ge-*

nos sceleribus sece Deum contaminasse, qui homines vivissent a nato orbe, quod rieverent, quoque virtutem semper essent. Tanto illis, de quibus loquimur, hoc a ratione remotius videri debebat, quod immensam fere mundo aetatem tribuerunt. Vide Jac. Perizonium (Alqui Egypt c. 2. p. 14.). Itaque definitius, et certum quedam numerum genitorum, qui in Dei maiestatem peccasset, constitueret, et orbem veluti animalium ultra, citroque conveantum communis ratio ipsa flagitabat. Deinde non poterat a se impetrare, ut benignitatem divinam consentaneum duceret, ad infinitum tempus carnis misericordia naturae sue particulas addiceret. Quare rite purgatis mentibus redditum ad Deum patere non poterat non praecipere. Interim perlosque animos de nulla re minus cogitare videbant, quam de purgatione sua; contra vitios immensos nam semper sordes contrahere. Longum igitur illis exilium dererabant, mentesque corpore uno solutam ad alterum confessim obire praecepierant, dum deformatum exiuerent, et maculales eluissem Deo exosz. Quod jam nominatum ad dogmatis hujus patronos attinet, Pythagoras unus omnium nobilissimus illud ex Egypto, ubi ejus natales Heroldius ponit (Euterpe c. 123.), in Italianum transulit, adeoque pertinaciter titulus est, ut assenserent mentes suam primum in Ethalide Mercurii filio, tum in Euphorbo, Hermotimo, aliquis, ut est apud Laertium, fuisse donec cum Pythagorac corpore consociaret (Deit. phil. t. 3. segm. 4. 5.). Magistrum avide secuti sunt discipuli, ac quotquot hinc disciplinae generi se adixerint, ab hac opinione minime dimoveri poterant: inter hos prae reliquis emingerunt Timaeus Loerus, ac Empedocles (Ibid. l. 7. segm. 77.); hic certe similliter ineptivit, cum se olim puerum, puellam, plantam, pisicem fuisse commentus est: ab illo Plato eudem errorem condidit (§. 163. sch. 2.), et in Academiam intulit. Verum id mirum videlicet potest, quomodo haec perulgata inter veteres doctrina de animalium migratione cum alia non minus universa usitata, et omnino opposita de inferorum poenis, et cruciatibus tanto tempore consistere quiverunt: torsit certe ea res viros eruditissimos; arcuum feliciter detecti se sibi Mosheimus videtur (In Cudw. t. 5. s. 3. §. 31. not. 4. §. 7.). Concidit, at, haec tota quæsto, si discernemus tantum observemus, quo veteres animalium rationis compotem, et sensu, itaque praeditum se junerent (vide §. 14. sch. 2.). Animus scilicet, in quo sensus est, qui unus etiam exructari, et gaudio perfundi potest, his philosophis auctoribus ad inferos descendit, ibique aut poenas sustinet, aut voluptrias officitur. Is vero animus, qui ratione valit, in quem proprio nec dolor, nec voluptas cadit, ad umbrarum hanc proficisciit sedem, sed in alios homines, aut bestias pro vario statu suo commigrat, et orbem veluti quedam itinere suo conficit. Perspexerunt hanc rem, non omni licet ex parte, junioris Platonici, Procles

singillatim, et Syrianus, quos Æneas Gazaeus nominat in Theophrasto. Quippe qui apte praeeperunt, animum hominis, qui in tempore post obitum corporis migrat, non esse naturam illum, quae in homine isto sensit quondam: leonem enim, aquilam, aut aliud animal, quod animus ingreditur hominis, propria, et peculiari instructum esse anima sentiente: solum illum animum in quo ratio est, ideo cum animalis bestiarum corporibus jungi, quod sensibus nimis, et cupiditatibus corporis obtinpernasse: idcirco ut pisces illo, in quo Empedocles olim, quod ipse fassus est, existit, duplacet fuisse unum rationalem, et septuentem. Haec tamen, quamquam specieis a Mosheim dicta sint, omnis dubitatio tolli non videtur; nam ut animalum sentientem ad inferos descendere; ita rationalem vel statim, vel post toleratas aliquo tempore poemas ad superos, et beatorum sedes avolare veteres illi tradiderunt. Mihi potius id argumentum est, priscos illos philosophos raro sibi constantes fuisse, multaque quee minime inter se cohaerenter, ratione conclusisse: cuius rel infinita in ipsorum scriptis exempla prostant. Sed jam nemo a me exceptet, ut ineptias has fusiore oratione refellam: exposuisse illas refutasse est. Ne famen nihil dicam: contra animalium migrationem in bestiarum quoque corpora praeter sensum communem, qui in immensum hominem inter, et bestiam discrimen interesse docet, pugnat ea, quae suo loco de brutorum animis, eorumque ab humanis differentia dicentur. Deinde neque migrationem in corpora tantum humana, quod nominat Helmontius cum Rabbini aliquot asserentibus Adae animam in Messiae, utpote Adae secundi, corpus transiitram defendit, admitti cum ratione posse vel inde patet, quod cum in novo corpore anima nostra rursus delicia committere posset, purgationis hujus nullus foret finis: unde circuitio haec infinita evaderet, nec umquam transitus ad veram, constanterque beatitudinem, quam tactio naturae dicitur appetitus, datur. Tandem, quod rei caput est, opinatio haec opponitur orthodoxo dogmati de recipiendo a quovis praemio, vel poena in suo corpore, prout in eo bene, vel male gesserit.

## SECTIO II.

### DE COMMERCIO ANIMAE CUM CORPORE.

#### QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

CLXVII. Anima mea tametsi corpus non sit, arctissimo tamen cum eo nexu copulatur; neque enim illud, cum labet, deserere potest. Ex hoc porro nexus, qui ab auctiori adorandi Auctori imperio repetendus, mirabile prorsus inter entia toto genere diversa commercium promanat. Atque iunctu sectionis hujus argumentum constituit, in quo deducendo ego ita versabor, ut primum, patcissimis de animae sede, ac phænomenis, quae hoc pertinent, praemisis, in apitissima expli-